

43

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA,  
DE  
**CEREVISIÆ POTU**  
IN NONNULLIS  
**MORBIS INSALUBRI**  
ET ADVERSO,  
Varum die Kranken das Bier ungerne trinken?

*Quam.*  
AUSPICE DEO PROPITIO,  
*Et Consensu atque Auctoritate Gratiosæ Facultatis Medicæ,*  
IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,  
P R Ä S I D E  
**DN. D. MICHAELE ALBERTI,**  
SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.  
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES-  
SORE PUBLICO ORDINARIO, ETC.  
DECANO SUO SPECTATISSIMO,  
*Domino Patrono, Præceptore ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,*  
**PRO GRADU DOCTORIS**  
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-  
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,  
HORIS LOCOQUE CONVENTIS,  
ANNO MDCCXLIII. D. OCTOBR.  
PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICET  
RESPONDENS  
**PAULUS GOTTLIEB HOMEYER,**  
LEBENDORFFIO · MAGDEBURGICUS.

---

HALÆ MAGDEBURGICÆ,  
TYPIS JO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

ERGÄNZUNGSBLATT

AN DER UNIVERSITÄT

WILHELMINA

ERGÄNZUNGSBLATT

AN DER UNIVERSITÄT

WILHELMINA

ERGÄNZUNGSBLATT

AN DER UNIVERSITÄT

WILHELMINA



## PROOEMIUM.



erissima regula medica est, quam DIO-  
GENES ap. Srobæum profert, inqui-  
ens: *sicut unctio non commendatur dul-  
cedine & acerbitate, sed si sana sit: ita  
non admodum curandum est, multum ali-  
menti aut edulia suavia accipiamus, dum  
modo convenientia valetudini: hæc in naturali æque ac  
præternaturali statu peritam requirit conciliationem  
& applicationem & quidem quod ad posteriorem at-  
tinget, tunc antiquissimi medici solliciti valde fuere,  
ut valetudinariis congruam ordinent Diætam & inter  
alia salubre regimen quoad cibum atque potum, te-  
nuem, crassum, frigidum, tepidum & calidum  
præscribant. Non quidem hoc loco de cibo multa  
allegare, sed de potu nonnulla ad hanc observatio-  
nem spectantia, brevibus attingere & indicare lubet:  
ita enim PLINIUS H.N. Lib. XIV. c. 22, scribit: *Vito**

in nulla parte operosior fuit, quam in apparatu potuum, ceu  
 non saluberrimum od bibendum. Aquæ liquorem natura de-  
 derit, quo cætera omnia animantia utuntur, quippe qui  
 potus aquæ puræ & limpidæ velut universalis, isque  
 saluberrimus a physicis & medicis pro merito lauda-  
 tur. Proinde antiquissimi medici inquirunt & deci-  
 dent, an vinum in hoc, aut alio, morbo conferat,  
 an album, aquosum & tenue, an vinum magis,  
 flavum, saturatum, rubrum, an dulce, an acescens,  
 an meracum, an dilutum, an simplex, an succis fru-  
 etuum dulcium & acidorum mixtum. Et quæ non  
 omni tempore de aquæ salubritate præconia decan-  
 tantur! licet **HIPPOCR.** Lib. III. acut. 40. de illa asse-  
 rat, quod *tussim non sedet, sputum non moveat, fitim non placet, olvum non promoveat, urinam non cieat &c.*  
 ut simul **GALENUS, MERCURIALIS, ANT.**  
**MUSA, VALLESIUS, HEURNIUS** insuis com-  
 ment. testantur, variasque causas commemorant;  
 multitamen benignius Hippocratem interpretando,  
 aut corrigendo aquæ utilitatem in morbis deprædica-  
 re sciunt, velut **AVICENNA** L. 4. rr. 2. c. 7. **Cornel.**  
**CELSUS** Lib. 3. c. 7. **AETIUS** ietr. 2. serm. 1. c. 72.  
**PAULUS** Lib. 2. c. 18. **Ferdin. MENA** Lib. de Febr. c. 38.  
**TRINCAVELLUS** Lib. de febr. pestil. c. 201. **MIZAL-**  
**DUS** de compos. medic. cap. ult. **AMATUS** Lib. 1. Centur.  
 scbol. 3. & innumeri alii propiorum ævorum. Nec  
 quidem hac occasione de potulentorum necessitate  
 & utilitate in plurimis morbis testimonium perhibe-  
 re constituimus, quæ observatio peculiarem dedu-  
 ctionem & commendationem meretur, illud tantum  
     bre-

brevibus præmonemus, quod singulis fere periodis Medicis selectus potulentorum, quoad speciem, qualitatem & quantitatem usu receptus fuerit: Et si **HIPPOCRATIS** alterius sensus atque tenoris effato fides tribui deberet, juxta *Set. II. opt. XI.* *facilius esse* *potu refici, quam cibo,* tunc omnino major cura in morbis observanda & exercenda est, quo conveniens ordinetur potus, imprimis dum ægri utplurimum prostrato laborant appetitu, ideoque in potu & alimentum & condimentum & oblectamentum & medicamentum inquirunt, expectant & impetrant: Generatim quidem potulenta humorum fluiditatem, canarium lubricitatem, fibrarum flexibilitatem, organorum permeabilitatem, omnium reliquarum functionum agilitatem promovent, proinde autem in morbis diversas appropriatas largiuntur utilitates, ut propterea conveniens illorum ordinatio etiam in morbis perquam necessaria sit: Antiquiores quidem medici multa de differentia potus in sanis enarrant, quando alium nutritivum, alium sedativum, quandam delativum aut distributivum & tandem aliquem permixtivum vocant, uti **SEBIZIUS** *de aliment faculr. p. 1067.* commemorat; attamen si pro varietate utilitatis & salubris effectus prædicata formare placuerit, etiam in morbis multiplices illius facultates deprædicare possimus. Quamvis etiam potulenta multis morbis singularia sua promittant commoda, nihilo tamen minus in variis morbis tam a medicis, quam ægrorum ministerio subvenientibus illorum usus prohibetur, velut in Hydrope præ-

cipue ascite, Cachexia, Anasarca, Diarrhoea pituitosa,  
 Dysenteria, catarrhis immodicis fluentibus, imo  
 juxta plebejam opinionem plane in intermittentibus  
 febribus, ne morbi fervor & acerbitas inde sustente-  
 tur & augeatur, die Krankheit werde damit gestärket!  
 Et quemadmodum veteres plus tribuerunt cœnae,  
 quam prandio, ita Sanitati consulens Salernitana  
 Schola judicavit, *ve vites pœnam, de potibus incipe cœ-  
 nam, quid quod subinde HIPPOCRATES in libr.  
 de salubr. viti. rat. init. de potu, diverso anni tempo-  
 re, usurpando tractat; & sic multa cura de hydro-  
 potis, cenopotis, zythopotis tractant medici: Et  
 quæ non multiplices potulentorum species in diversis  
 morbis omnium temporum medicis usitate fuerunt,  
 velut variæ ptissimæ, decocta variarum radicum, her-  
 barum, diversorum fructuum, seminum, aromati-  
 tum, hydrosaccharum, hydrorosatum, hydromel,  
 cenomel, melioratum, oxymel, omphacomel, apo-  
 mel, Medo, variæ compositiones Loræ, Lac natu-  
 rale & artificiale, Serum Laetis, oxycratum, ac  
 plures aliae inventiones & compositions. Tanta  
 etiam in multis sanis, quoad potulentorum varietatem  
 increbuit luxuries, ut non uno, sed mutato potu  
 sub symposis uti, hodie laudi & honori ducatur;  
 haud in mentem revocantes, quod secundum G A-  
 LENUM Lib. i. simpl. c. 4. aqua omnibus hominibus  
 ægris æque ac sanis communis & ad vitam maxime  
 necessarius sit potus; quemadmodum omni tempo-  
 re eximia aquæ elogia deprædicata leguntur. Talis  
 itaque innotuit usus atque selectus pro sanitate tuen-  
 da*

da & restituenda. Nec tamen defunt, qui aquæ potui primatum tribuunt, alii viciissim multum ac sæpe vinum commendant, sunt etiam qui non parum Cœrevisiae usui adscribere sciunt: Et licet in inquirenda & decidenda hac prærogativa non nervos impræsentiarum intendere cogitemus, quia nimis ampla hæc esset digressio & occupatio, selectæ tamen annotationes quoad nonnullorum potulentorum usum atque selectum erunt instituenda. Quemadmodum autem Medici sanis & ægris salutaria consilia pro conservanda & recuperanda sanitate suppeditare, ita posterioribus maxime talia ordinare debent, quæ ad eorum palatum sunt, sed simul etiam utilitatem afferrunt, non raro arduum est; ob depravatum enim appetitum & gustum mutatum ægrotantes valde sunt mutabiles, & modo ad hoc, modo ad aliud oblectamentum, sapidum, refectionem, & corroborationem cupiditate sua transeunt, & quod ipsi non excogitant, interdum adstantes & clanculum consilia suggерentes, subministrant: in quo medici non tam facile corrupto illorum desiderio favere debent, ne GALENI censuram & reprehensionem mereantur. *Epid. com. 4. t. 9* qui ægrotantium cupidini promptius obsequantur, plus lucri binc facere videtur: quo spectat BOHNII monitum de offic. Medic. dupl. Part. i. c. 4. p. 77. quare gratificatio ejusmodi cum judicio fiat, nec solis ægrorum desideriis vel fæminarum offenditum stolidis opinionibus, committatur: quorum illi, ut prævo appetitu patrocinentur, vini v. g. stomachum hoc posse clamatent; hæc per teneram nimis v. g. & intempestivam

6013-

commiserationem ineptientes illud porrigant, forsitanque exemplo quodam minus adaequato ejus utilizatam & longueris appetentiam confirmant. Ideo ægri sepiissime quo ad potum cum damno mutationes suscipiunt, & modo in hunc, modo in alium saporem ruunt. Hæc annotatione nos permovit, ut de *Cerevisia usu* in morbis pauca indicemus, insuper autem demonstremus, hunc potum in variis morbis haud admodum salubrem esse: & hoc argumentum Inauguralis præsentis Speciminis erit; cui proposito, ut celeste Jubar sua affulgeat benedictione, præterea etiam exoptatos largiatur successus, humillimis precibus flagitamus.

## §. I.

**D**um in *titulo* præsentis tractationis *vix* illa habebit aut *obscuritas*, aut difficultas, ideo in nominali notione non supervacaneas, aut inutiles moras nectere placet: etenim *Cerevisiam* juxta *ISIDORUM* a Cerere derivare velle & Cerevis potionem, a Cerere visam, aut provisam appellare, parum acuminis complectitur, & perinde nobis erit; hoc enim valore *omnes panes & e frugibus* parati *viclus Cerevisia*, aut hæc rectius Bacchivisia appellari, possent; talia enim verborum lenocinia & derivationes sepe ita vel *quasi* argutæ & ingeniosæ sunt, ac si quis communem *Aqua* potum, ab *a* & *qua* deducere veller, a qua videlicet vivere dicitur, quam derivationem tamen *SCALIGER* exercit. 325. *Sect. II.* ineptam esse, merito declarat: itaque interdum in *voculis* hærere contin-

tingit, ut cum cane *afopico* carnem i. e. rem perdant, & umbram captent: nec negotium nobis intercedit cum *Zyrbopais*, sed cum *aegris Zyrbopatis*, de quibus *medica* quæstio decidenda occurrit, an hic potus ipsius ad *sanitatem* restituendam conducatur. Facile itaque constat, sermonem inpræsentiarum esse de locis & provinciis, in quibus *Cerevisia* s. ex hordeo, s. tritico cocta, inde aut nigra, aut alba fuerit, usitata est: nam ex *Spelto* & *avena roratus* paratur talis potus, qui *Cerevisia* dicitur: neque etiam de potu, *barbaris* gentibus usitato, differimus, de quibus *SIM. PAULI in Q.B. tte. Ceratonia Class. 2.* inquit: *me non fugit, ex oryza etiam bodie Barbaros arte novisse sibi potum parare, non minus temulentes ipsos reddentem, quam nos Europaos vel Cerevisia, vel vinum, vel vinum denique adiustum.* Neque præsens tractatio occupata est selectui *Cerevisiae*, quæ alicui morbo plus vel minus conductit; sicuti nec in laudes ejusdem potus argumentum præsentis observationis nos invitar, quemadmodum *SENNERTUS Inst. Lib. IV. P. 1. c. 4.* testatur, *est verum sit, vinum esse potum præstantiorem, quam cerevisia est, ratione experientia testatur* & *bunc potum satis commodum esse, ac populos, qui eo utuntur, robore, pulchritudine, corporis que bona constitutione iis, qui tantum vinum bibunt, via cedere.* Nec illam solum qualitatem attendimus, quando vel nimis *pinguis*, vel nimis *tenuis* talis potus, schwefres und harten, dinnen und leichtes, separatur: sicut alias *diferentia* istiusmodi potus allegari solet, juxta eundem *SENNERTUM* l. c. *alia Cerevisia ex tritico, alia ex bordeo, alia ex tritico & bordeo mixta coquitur: in nonnullis, frumentum ad ignem torretur, das Darr-Malz, in aliis so-*

B lum

lum aëfivo moderato calore exsiccatur: das Lufft-Malz,  
 alii plus vel minus frumenti & lupuli occipiunt, Malz-rei-  
 che, fette, dicke, bittere, oder leicht und dinne Biere, alii re-  
 centem & quasi temporariam, neues und junges Bier, alii  
 defaciatam bibunt, ein reines ausgelegenes Bier. Sicut  
 autem variæ Cerevisiarum qualitates, ne sonis quidem  
 singulis conducunt, dum vel nimis graves, vel valde le-  
 ves, aut perquam calidæ, aut admodum frigidæ sunt,  
 unde flatus, obstrunctiones alyi, colicam, cardialgiam,  
 stranguriam, &c. causantur, ita tanto minus *valerudinarius*  
 talis potus proficit: sic etiam in nonnullis locis cerevisia  
 coquitur, quæ multis incolis haud salubris & toleratu facili-  
 lis est, testimonio Brunsuicensis, Islebienensis, Bambergensis,  
 Augustanæ &c. de qua posteriori RIEDLINUS  
*Lin. Med. An. 2. obs. 6. Octobr. p. 479.* singularem profert  
 querelam. Attamen non paucis *agrotantibus* cerevisia s.  
 mediocris, sive exactæ bonitatis & puritatis in se spectata in-  
 terdicenda venit, quare idem RIEDLINUS *An. 1. Sept. mbr.*  
*obs. 5. p. 275.* *Lin. Med.* testatur: *potus agrorum* saepe plus  
 negotii medico facessit, quam vel gravissima symptomata,  
 cum plerique potum conuentum avidissime defuderent, quic-  
 quid etiam de ejusdem noxa dicatur; sic hic lacorum Cere-  
 visia tam gratus ferme omnibus est potus, ut multi de bu-  
 jus prohibitione magis, quam de ipso morbo conquerantur,  
 licet, cum cerevisia nostra non sit, uti debebat defacata,  
 morbos mirum quantum augear, & hinc non nisi raro ad-  
 modum concedi possit; cogitandum hinc de alio potu, ma-  
 gisque convenienter, quem tam si cuiuslibet gustui accom-  
 modare volueris, hic opus, hic labor est. Quoniam ira-  
 que potus, mediis, ægrum resistentibus, annumerari me-  
 retur,

retur, ideo vel ipsi anxie desiderant, ut potus *gratus*, confortans, leniens, *suum levans*, *refrigerans*, aut stomachum roborans &c. ordinetur, & vel *bunc*, vel *alium* cerevisiarum potum seligunt & praecipuant, vel unum alterumve *adversantur* & abhorreant: proinde autem *ad-*  
*fisstantes* multis modis *variata* ptisanam experunt, ut interdum *chronici ægri multitudinem* diversarum ptisana-  
rum possideant, attamen semper *nova* species earum postu-  
lant & in *varietate opem* & *delectationem* inquirunt.

§. I I.

Præsentis igitur argumenti nervus non *promiscue* omnes concernit ægros, quorum nonnulli adeo cerevisiæ potui *adsuerti* & addicti sunt, ut *nullum alium* perferre queant, aut cum *molestia*, coactione & *præjudicio* *sitim* perferant, si cerevisiæ usus illis *subterabitur*: quare nonnulla occurruunt subjecta, quæ ab alio i. suero portulent usi  
*eluum adstrictam*, urinam *porcam* & *impeditam*, *storus*, ventriculi angores aliasque obtineant molestias, ut eapropter medici illis, *necesse* *coacti*, *congrua* cerevisiæ po-  
tum concedere & ordinare debeat: Proinde etiam dan-  
tur ægrotantes, qui ventriculo valde *debili* laborant, id-  
eoque nec *aquam*, nec *decocta*, nec *ptisanas* perferre pos-  
sunt, sed magno desiderio cerevisiam *stomachicam* postu-  
lant, ein Magen-Bier, quam tamen, quia *furorata* ut  
plurimum & *tupulo* largius imprægnata est, haud *constan-*  
*ter*, nec *sepe*, nec *diutius* perferre possunt; quare dol-  
lent & *impotenter* tolerant, quod talem potum *seponere* necessitentur, quia nimis *cole*- & *arefacit*, insuperque in-  
*venienter* causatur *situm*: quidam homines tantam in cere-  
visiæ usum collocant *fiduciam*, ut in illa in morbis *alimen-*

*sosam & medicamentosam vim esse autument: hinc vis nutritiva eidem communiter tribuitur, qua non modo sanguinem auget, ut & consistentem & pinguem reddit, es machet stark, fett, dicf und viel Blut, sed & reliquo corpori alieno multum confert, prout Schola Salernitana rhytmo restatur c. 46. Crassos humores nutrit cerevisia, viresque praefat, & augmentat carnem, generatque cruentem: quo pertinet suffragium & glossa SEBITZII de aliment. faculte. Lib. IV. c. 3 p. 1148. ita differentis: quadam cerevisia pingues & obesos reddunt homines: imo populi Septentrionales, qui Zythopota magnitudine & robore corporis alios, quibus vinum pro potu est, longe superant: annexit autem: non est zamen alimentum merum ac sincerum, sed medicamentosum, quia non modo alit, sed etiam alterat. Nec solum simplicem cerevisiae potum agris sepe concedunt, sed medicamentosam illius virtutem interdum promovere student, quando certas radices & herbos stomachicas, Alland, Calmus, Kräuter-Bier cum recenti & adhuc fermentante cerevisia mixtas usurpant, aut cerevisiam defæcatam cum C. C. phil. pp miscent, aut secundum LENTILIUM in variolis & morbillis medicamenta respuentibus infantibus materia perlata in nodulo huic potui infunditur, vid. Ezeodr. med. praet. p. 145. 146. 149. 160. & multis aliis locis: quare vario modo Cerevisia potum & plebeji & medici corrigere volunt, ne damna valetudinarii inferat, quando illum pane cibario aut domesticō, vel bis coctō, vel orbiculis pomi citri, vel cinnamomo, N M. &c. meliorare atque permiscere solent: & ne plane quidam a cerevisia usu abstineat debeat, ideo vel exæcte defæcatam, vel tepefactam desiderant, ne abulla noxia & suspecta ejus qualitate*

te

te offendit queant: tam ardens nonnullorum in cerevisiae  
 potum est appetitus, ut antequam alteri cuidam potuleren-  
 to adsuescant, vel plane sitiant, vel cerevisiae miscelas  
 magis admittant. Et sane illi, qui in regionibus vivunt,  
 ubi nulla coquitur cerevisia, sed potius vini cultura familia-  
 ris est, *facilius* potus *mutationem* admittunt & perferunt,  
 quibus alias aquæ *limpidæ* aut commixtio, aut alternatio  
 haud inusitata est: ideo medicis peritis & circumspetis  
 multas creat molestias, si cum talibus *morosis Zymboposis*  
 sub morborum *arduorum* decursu commercium habere  
 debent, quibuscum propterea *provide* procedendum est,  
 ne ab alio *subordinato* potu multas sibi contrahant *veras*.  
 Ut ut autem multi a *teneris cerevisiorio* potui sunt *adsuerti*,  
 varii ramen casus *morosi* illius *mutationem* absolute neces-  
 sitant, quo documento manifeste inclarescit, saepe in mor-  
 bis illo *interdicendum* esse, quia *causa* morborum per-  
 quam *faver*, ideoque ejus *effectum* valde auget & *exacer-  
 bat*, ut variis demonstrationibus atque exemplis confir-  
 mari poterit, thematis nostri veritas, videlicet cerevisiae  
 potum in diversis subjectis arque morbis *in salubrem* esse.  
 Quantum enim referat in *Zymbopao* qualitates *physicas*  
 nosse & in medicina rite applicare, attentis scrutatoribus  
 & observatoribus ignotum esse haud potest, nam diffe-  
 rentia *potentæ* quoad *speciem* & *quantitatem*, nec non di-  
 versitas admixtionis *Lupuli*, ut & *modi* & *gradus* coctio-  
 nis, maxime vero aquæ & *fermentationis* multum valet  
 ad Cerevisiae *distinctionem* quoad puritatem, bonitatem,  
 consistentiam, temperiem &c. quæ *sonis* præcipue diver-  
 so gradu convenit, ut indies testari queant, dies oder je-  
 nes Bier könnten sie vertragen, gehe leicht fort, oder bleibe

stehen, stärke den Magen, oder mache Blähungen, Verstopfungen, Kühle &c. quae qualitates tanto magis in relatione & applicatione ad ægros attendendæ & dijudicandæ sunt.

## §. III.

Ut autem historica relatione significemus, quibus cœ-revisiæ usus in morbis minus salubris deprehendatur, tunc imprimis Febræ laborantes multiplicem inde molestiam & afflictionem experiuntur: etenim aut sponte vel omnem illus potum *respuunt*, vel variabilem selectum quoad illum instituunt, ut undique variae ejus species exquirant, dum quaedam vel nimis *exsiccant*, alia magis *calefaciunt*, nonnullæ *ventriculum* molestant, aliquæ *flatas* gignunt, iterum aliæ *olvi* & *urinæ* excretionem turbant, plurimæ *sapori adversæ* sunt, ut ita sitientes & flagrantes febricitantes undique a *mutato hoc* potu *refectionem* atque levamen inquirant & expectent: imprimis vero in *cholerica*, *œclica* & *intermittente* febre potus Cerevisiæ valde *incommodus* deprehenditur. In omnibus quidem Febribus *corruptrus* & *depravatus* est *gustus*: fauces valde sunt *aridae*, os *glutinosum*, lingua *mucaginosa* & secca saliva *salsa*, amarulento & adversa, ita ut *ariditas* faucium constanter molesta sit, hinc partim ad *sciam levandam*, partim ad molestam viscositatem faucium leniendam non modo *frequentem*, sed & *variabilem* potum appetunt. Deinde vero *discretæ* species *gustus* in diversis occurunt Febribus, velut in *Benignis* & *Malignis*, *acutis*, *chronicis* & *intermittentibus*, quibus sub afflito febrium decursu angentes, languentes & sitientes ægri levamen cum potu conciliare contendunt: *Moligne* enim decumbentibus *omnis* cerevisiæ potus *pōrum*

rum confert, multum vero nocet; vel enim facile suspe-  
 tas *diarrheas*, vel maiores *cardialgias*, vel graviores  
*capitis* dolores, vel molestiores *aestus*, vel alias *alvi* &  
*urinae* turbas provocat: & quod magis est, in hisce *mali-*  
*gnis* febribus cerevisia vel paulo *recens*, vel paululum  
*adulto*, celeriter in *primis regionibus* inquietudines causa-  
 tur, ut excretio *diaphoretica* valde *impeditur*; hinc ex-  
 perientum *domesticum* est, quando *perrinax alvi* adstri-  
 ctio istiusmodi febris decursui *præjudiciosa* accidit, ut  
*modicus* potus *cerevisarius* temperatarum *totum* qualita-  
 tum, wenn sie ein wenig härtlich oder jung Bier trinken,  
 non modo *operior*, sed plane *laxet* alvum: quare tales  
*maligne* febricitantes, vel ob nimium *virium* *defectum* po-  
 tus ingerendi *obliviscuntur*, vel facile ob *taeliosum* sapo-  
 rem cerevisiarum potum *adversantur*, ob id saepius cum  
 illo *mutationem* deliberant, attamen non sine evidenti da-  
 mno suscipiunt. Seorsum autem in *Choleris* Febb. *Ce-*  
*revisæ* ordinatio & concessio medico sollicito multam cu-  
 ram extorquet: in quibus *sopor* oris vehementer alterna-  
 tur & *corruptus* est, dum valde *amarus*, acris, viscidus,  
 fervidus, torrefaciens, &c. existit, ut propterea fre-  
 quenter *fauces inflamentur*, lingua exarescat, aut *rba-*  
*gades* experiatur, labia exficcuntur, disruptantur, *nigre-*  
*dine* obducantur, cuticula inde separetur, ardore & do-  
 lore corripiantur, & multa alia molestia vexentur; quem-  
 admodum vero in hisce febribus *sitis intolerabilis*, insa-  
 tiabilis & *clamosa* est, ita Cerevisia sive *amarulento* & hu-  
 pulato sapore, sive *dulci* qualitate prædita, sive consi-  
 stentia plus vel minus *saturata* fuerit, non modo *incom-*  
*moda*, sed plane *insalubris* evadit, ut omnia afflagentia  
 sym.

symptomata inde exacerbentur, idem testatur *Christian.*  
*Job. LANG Opp. Part. II. p. 87. not. 5.)* Nec *Hedica Fe-*  
*bre laborantibus Cerevisia usus aut commodus, aut fructuo-*  
*sus existit; ejusmodi enim ægrotantes internum depascen-*  
*tem & exsiccantem, externum vero angentem & enervan-*  
*tem experiuntur æstum, quo fauces valde *fusca* & *viscosa**  
*redduntur, sitis autem admodum excitatur; ideo potum*  
*refrigerantem, lenientem & roborantem avidis anhelant*  
*faucibus, quam tamen nec *fusca*, nec *alba*, nec *lupulata*,*  
*nec *dulcis*, nec *saturata*, nec *mediocris*, nec tenuis cum*  
*fructu demulcit; etenim *saturata cerevisia æstum auget*,*  
*ventriculum aggravat, cordis palpitationem invitat, ca-*  
*pitis dolores provocat, sudores molestos exacerbat, &*  
*loco speratae roborationis magis *enervat*; *dulcis* aurem*  
*aut tenuis, *flatus*, alvi fluxus, angustias precordiales, omi-*  
*nosas internas horripilationes, anxiös ructus, & majo-*  
*res ventriculi afflictiones causatur: In *intermittentibus* de-*  
*nique febb. valde *adversus est sapor*, præcipue quando *aci-*  
*da* & *bilioſa* saburra ventriculi affligit, unde ructus nido-*  
*rosi, nausea molesta, sapor in ore putridus, ovis putri-*  
*dis similis, amarulentus, fauces glutinosæ, indeque ap-*  
*petitus graviores corruptiones oriuntur, quibus altera-*  
*tionibus & molestiis, nec *fusca*, nec *alba* conductit cerevi-*  
*sia, illa enim *gustui* valde est *adversa*, ventriculo afflito*  
*magis onerosa, & ad *sicciorum æstum* causandum magis*  
*idonea est, hac vicissim ad *viscosam* tenacitatem in ore &*  
*ventriculo augendam, ad *ominosam* fermentationem*  
*in illo excitandam, ad *flatus* in ventriculo & intestinis ge-*  
*nerandos &c. perquam apta est: ob id singuli tales*  
*febricitantes cum *cerevisario* potu frequentes mutationes*  
*fusci-*

fusciunt, quæ nunquam salubritatem promittere & producere solet.

§. IV.

Quod vero Cerevisia febricitantibus *parum* conduceat, variis a *priori* & *posteriori* petitis causis & rationibus demonstrari potest, ex quibus unam tantum atque alteram allegasse sufficerit: *omnis cerevisia alimentosa est*, per principale suum ingrediens *frumenti*, e quo coquitur: ita enim *SEBIZIUS l.c. p. 1148* testatur: *alendi facultatem habet non ab aqua, quæ ad alendum inabilis est; nec a lupulo, qui purum puzum est medicamentum, sed a frumento, conf. etiam p. 1149.* in febribus enim nec locus, nec tempus, nec occasio, nec vires vacant nutriti, sed defendendi & a pernicie subducendi corpus: primas enim regiones jam implere, præter alimentosas etiam excrementiis mucidis, terrestribus, salsis, sulphureis materiis, *baud* salubre est, quoniam vires, motibus febrilibus impendendæ, magis effectum *resolutionis* & *evacuationis*, minus vero *augmentationis* respiciunt, proinde Cerevisia quælibet ordinaria sanguinem magis consistenter, *pinguem & viscosem* reddit, Bier macht fett und schleimigt Blut, qui tamen in febribus magis *tenuis atque fluidus* esse debet, ob id diluentia & resolventia congrua media in pluribus febribus conducunt; porro sub Febrium decursu ægri *paulo plus* ob æstum, sitim, linguam & fauces aridas, viscera aridiora, largiorem *humidarum* partium dissipationem imprimis autem *se- & excretionum* promotionem &c. *bibere* debent, quæ *copia* vero cerevisie & capiti & sanguini & mortui febrili *præjudicio* evadit: deinde quælibet cerevisia *successivo* suo effectu compareat

C cale-

*calefacit*, tanto magis *lupulata & saturata*, licet quædam  
*primo* suo usū atque accessu *quantisper* refrigeret: de hac  
*qualitate ita SEBIZIUS l. oll. p. 1149* judicat: *omnem cere-*  
*visiam calidam pronuncione Fuchsii Lib. 2. insit. s. 3. c. ult.*  
*PLACOTOMUS in tr. de Nat. Cerevis. Hagecius in opusculis*  
*de Cerevis. GOCLENIUS in app. disp. 6. lib. 7. disp. physic.*  
*Huic sententia patrocinari queunt sapor, materia & effectus*  
*Cerevisiæ. FUCHSIUS ait: magna ex parte in cerevisiis*  
*non levem amaritudinem sentiri. At GALENUS amara ca-*  
*lida fecerit Lib. 4. simpl. c. 9. & 19. id ulterius in sequenti-*  
*bus SEBIZIUS confirmat: in febribus autem potus ordina-*  
*rius *calefaciens*, in primis liberalius ingestus, *haud confert*,*  
*quoniam febrilem calorem auget & cum hoc augmento*  
*omnia reliqua symptomata exacerbat: deinde plurima*  
*Cerevisia ordinaria *exsiccat* magis, ob polentam pinguem,*  
*gelatinosam & mucaginosam, a qua aquosa pars citius se-*  
*cedens, reliquam *viscosam* portionem masse sanguinæ*  
*intermixtam relinquit, quæ *consistenter* inde reddita a-*  
*lias partes magis *exsiccat*, quam humectat; quare com-*  
*muniis querela percipitur, quod æstivo tempore & sub æ-*  
*stu Cerevisia communiter magis *exsiccat* & fauces aridas*  
*reddat, ob id *meffores*, messis labori inhærentes, puram ce-*  
*revisiam ideo fugiunt, es sev ihnen zu schwer, trockne sie*  
*mehr innerlich, mache sie durstiger, müssen mehr darnach*  
*schwören und trinken: selectæ plane atque rariores sunt*  
*Cerevisiæ, quæ non secundariæ sunt, leves, tenues, aquosæ,*  
*leichte, dinne, fühlende Biere: haud enim cives, incolæ, opifi-*  
*carii, populus agrestis &c. talem potum tonuem æstimant,*  
*de quo dicunt, es måste nicht, gebe keine Kräfste, schaffe keinen*  
*Nachdruck, komme nicht in Kopf, schwieze bald durch die*

Rip<sup>s</sup>

Rippen, habe keinen Wiederhalt ut. quam *exsiccantem* qualitatem idem SEBIZIUS p. 1150. annotat. in febb. enim *omnia exsiccantia* sitim non leniunt, æstum non temperant, excretiones non promovent, sed magis molestant; ut plures rationes non adjiciamus: ob id *tesset* adduco, qui cerevisiæ potum in febribus *insolubrem* declarant, RIEDLICHUM Lin. Med. An. 1. Januar. obs. 31. p. 32 ita inquietem: qui in febb. cerevisum concedunt, aut defæcatorem nostræ se habent, aut varia inde incommoda agrotis obvenire una nobiscum experientur, ego sane quantum ejus poros noceat, sèpius jam cum cordolio meo vidi, & adb. quotidie videre cogor; sic pharmacopai cuiusdam uxor sexies vel septies in febre intermittentem denovo incidit, solum quia a cerevisia omnino abstinere solebat, eam enim deinde per mensem & quod exrurrit, seponens, sine alio remedio a febre penitus liberata fuit: & Cerevisiorii cuiusdam duæ filiæ, febre maligna decumbentes, ab ea Dei gratia omnino restituta, ex præpropero cerevisiæ potu in eandem non sine periculo reciderunt: idem affirmat author ille An. 2. Febr. obs. 11. p. 69. Anneximus nostram observationem, ubi tertiana febre laborans studiosus, ab illa liberatus bis ob præmaturum albae dulcis cerevisiæ potum *recidivam* ejusdem febris passus fuit, nec ab hac denuo liberari potuit, nisi aliquandiu ab eadem plane abstinuerit.

## §. V.

Nec alia deficiunt testimonia medicorum *Cerevisiæ* usum in aegris & febricitantibus *improbauisum*: sic ROLFINCK. in ord. & Meth. med. Lib. 2. Sect. 3. c. 77. p. 142. inquit: *novimus medicum agrotis suis usu cerevisiæ interdicentem, quod præcipue de impura valet: Andr. BACCIUS*

C 2

in

in tr. de Cerevisis p. 28. scribit: *magna uirgine circumspetio habenda est, ne facile cerevisia ægris, febre imprimis pressis, concedatur; idem suo probant suffragio MEIBOMIUS tr. de Cerevis. Mart. SCHOOCKIUS de Cerevisia.* Inter ea non desciunt, qui certam Cerevisiae speciem non plane omnibus ægris, nec febricitantibus denegant: hinc ZACUT. LUSIT. in Prax. Hisp. Lib. 3. c. XI. judicat: *de Cerevisia potu major est lis & controversia, utrum in curatione Febrium possit admitti? inter varias opinantiam ambiguitates affero, in omnibus febribus tuto posse concedi, potus loco, si sit tenuis, ex electo bordeo & optimo lupulo parata, a fôrdibus munda, diu in dolis reservata, non condita aromatis, quæ febrem accendere nara sunt, & caput feriunt, non sit recens, sed in qua sit crassa bordei pars, & lutulenta ad imum vasis residat.* Licet vero quoad bordeaceum & simul lupulatum potum cerevisiarium quælibet prædictarum qualitatum exacte observentur, nihil tamen secius multæ rationes huic assertioni contrariantur: interim nonnulli temperamentum, aut syncretismum quoad hanc dubiam sententiam invenire & commendare volunt; videlicet non penitus cerevisiae potum febricitantibus subtrahendum, sed vel renuem limpitudinem, temperatum & refrigerantem talem potum feligendum & ordinandum, vel alium talem certis ingredientibus, ut supr. §. 2. indicavimus, corrigendum & medica qualitate instruendum esse: quoad illum, quidem in diversis locis variæ species cerevisiarum in provinciis Germaniæ atque Bavavorum urbibus usitatæ recensentur: sicut JONSTON in Syntagm. univ. Medic. Lib. 1. tit. 1. c. 3. art. 3. §. 2. p. 127. sq. viginti species talium cerevisiarum recenseret: ex omnibus pl-

placet allegare *tenuem* illam cerevisiam, quae in urbicula  
 Ducatus Magdeburgici *Löbigün* dicta coquitur, quae le-  
 vis, *temperata* & valde liquida est, quam medici *febri-  
 citantibus* nostræ vicinitatis facilius *concedunt*, quam etiam  
 tales *agri* præ aliis perferre possunt, licet non pauci ab ea-  
 dem æque in *ventriculo* & *intestinis* incommoda quædam  
 sentiant, velut molestam refrigerationem, flatulentiam,  
 alvinæ excretionis turbas &c. quemadmodum cum hujus  
 eriam cerevisiae potu in *maligne febricitantibus* exquisita  
*præcautio* observanda est, sicut in *purpuratis* eadem facile  
 diversas vexas creare solet. Deinde *Borovi* suam *Neo-  
 magensem* Cerevisiam commendare volunt, quam com-  
 muniter die Moll nominant: de hac *BLANCARDUS* in *In-  
 stitut. medic.* P. IV. c. 6. p. 483. ait: *Neomagum ad fluvium  
 Vahalim* cerevisiam ad nos mittit, quæ vulgo *Mol* dicitur,  
 potus est *tenuis*, multum laudatur ob frigiditatem & faci-  
 lem diuresin, ideoque ob *agris* avide bibitur: an vero ta-  
 lis etiam cerevisia eapropter, quia *refrigerat*, *agris* ad-  
 eo *proficia* sit, medicorum judicio adhuc relictum est: &  
 licet apprime *agris* prædictæ conductant cerevisiae, tamen  
 raro ultra *timites* suos ratione loci & subjectorum laudibus  
 suis evehi possunt. Cum nonnisi accolæ & incoleæ de il-  
 lis gaudere queant: Tandem etiam quidam medici *febri-  
 citantibus intritum*, ex Cerevisia & mica panis paratum,  
 concedunt, quod tamen iterum ordinarii potus vices te-  
 nere non potest, & tantum pro refectione quadam acqui-  
 renda ordinatur, cuius usus æque *provide* constituendus  
 erit: de hoc *ROLFINCK* l. c. Lib. 14. Sect. 1 c. 25. dicit: *βλῆ-  
 πα* *intritum panis in cerevisia* eine Bier-Morte oder Kälte-  
 Schale concedi potest, imprimis febricitantibus. Quod

autem commixtiones cerevisiae cum certis *corrigenibus*  
 aut præsumptive *medicamentosis* concernit, quando radices  
 scorzonerae, enulae, graminis, vincetoxici, aut medulla  
 pomorum citri, aurantiorum, Sinensis, cotoneorum,  
 crusta panis tosta, Saccharum, N. M. cinnamom, aut pla-  
 ne vinum permiscetur, tunc neque haec mixtura *ordinarie*  
*& liberaliter* ingesta, veram, certam & constantem salu-  
 britatem promittit: Hoc loco adhuc reminiscimur illius  
 commendationis certæ cerevisiae a MOEBIO prolate, po-  
 stequam varias hujus potus species recensuit in *instie. me-*  
*dic. p. 520 sq.* ubi differit, *Hallenium nectar*, quod vicina  
*loca suppeditant*, Reiterling dictum, si rite coctum & fer-  
 mentatione depuratum, ob aqua bonitatem multis im-  
 primis febricitantibus & calidis morbis laborantibus conveni-  
 ens est potus. Alias a Cerevisia secundaria parum differt,  
 imprimis si anabaptistarum malitiam expertum fuerit, out  
 avara manus essentialia ingredientia subtraxerit: sed &  
 haec cerevisia pura & temperata, licet cum Löbigüensi  
 a febricitantibus melius tolerari queat, tamen si vel recens,  
 vel paululum *adulta* est, varias causatur molestias: hinc  
 ELSOLTZIUS in Arzney-Buch Lib. VI. c. 3 §. 3 p. 294. scri-  
 bit: Was das Speise-Bier und Covent anlanget, selbige  
 sind, den Durst zu stillen, und denen Febricitanten NB. dann  
 und wann als eine Kühlung zu reichen bequem: wiewol diese  
 bisweilen gar zu schlechten Eisänen, aus Gerste und Was-  
 ser ohne Hopfen bereitet, verwiesen werden. Hinc de LI-  
 GNAMINE Lib. de uno quoque cibo & potu utili & nocivo  
 p. 39. hortatur: *cavesis ne potus crassos aut saturatos ber-*  
*deaceos agris, praesertim febricitantibus propines.* Cære-  
 rum Henrici III. Regis Angliae Poeta, ita de Anglicana  
 Cerevisia judicat:  
 Nescio

Nescio quod Strygia monstrum conforme paludi  
 Cerevisam plerique vocant, nil spissus illa  
 Dum bibitur; nil clarius est, dum mingitur unde  
 Constat, quod multos feces in ventre relinquat.

§. VI.

Præterea multi adhuc *alii morbos* occurunt affetti, qui Cerevisiæ potum *agerrime* perferunt, e quibus mox *Podogram* allegare luber, quæ sèpissime cum *nephritis calculosa, colica, flatulentia, & vomitibus* vel concurrit, vel alternat, ita ut variis qualitatibus *ille Potus Podagrīcīs infensus* sit; unde numerosa prostant exempla & testimonia eorum, qui plane se *tali* potu *abdicare*, & vel *simplioris* limpidæ aquæ usum seligere, vel tenuem *pisanam*, loco *ordinarii* potus usurpare debuerant: constant nobis plures casus talium subjectorum, quæ *tomdiu atrocissimis spasmis orebitricis, podagrīcīs, nephriticis, ischiadicis, colicis* vexati fuerant, *quomdiu Cerevisiæ* potum continuaverant, quamprimum autem *alium* prædictum selegerant, ab eo tempore vel *rarius*, vel *lenius* tali morbo correpti & vexati fuerant: *sales enim valetudinarii* in visceribus *primorum regionum* valde *sensibiles*, admodumque *mutabiles* sunt: quoniam itaque *qualibet cerevisia majorem fermentativum* motum in ventriculo & intestinis excitat, hæc organa vero magnam *consensionem* symptomaticam cum vexatissimis *articulribus* morbis & doloribus habent, ideo potus *ille hisce affectibus* valde *inimicus* est: Multa hujus observationis suffragantia allegare possemus testimonia, e quibus paucata tantum produxisse sat erit: sic *TRINCAVELLUS conf. med. Lib. I. conf. 29. MATTHIOL. ap. SCHOLTZ. conf. 220.*

illum

illum potum *podagrīcī insalubrem* esse prædīcant: ita etiam HORATIUS AUGENIUS tom. 1. lib. 12. ep. 5. de ratione præservandi a doloribus articularibus dissuadet, ne valedūdinarii tales potum e frumento saturatū adhibeant, id quod etiam *Jul. Cæsar CLAUDINUS in empir. ration.* Lib. 3. Sect. 1. tr. 1. c. 26. affīmat: ideo etiam *Casp. BARTHIUS Advers. XI. 32.* quando de veruissimmo usū cerevisiae tractat, circumspēctum ejus usum in doloribus observandum injungit: notatu propterea digna est annotatio SYDENHAMII tr. de *Podagra p. n.* Opp. 477. ad fin. ita monentis: *quamvis sufficiat ei, qui Podagra mitius ac tantum per intervalla laborat, vel Cerevisia tenui uī, vel vīno dilutiori cum is morbi gradus tanti non sit, severior regimini se subjiciat; attamen cum universa corporis substantia in Podagram quasi degeneraverit, minus quam exoptat, in profigando morbo promovebit, qui non a liquore fermentato quocunque, quantumvis leni & tenui, in totum abstineret: &c.* Quantum Cerevisia ad *Colicam* excitandam valeat, quotidiana comprobatur observatione, siquidem non modo parum defæcata illa, vel acescens & vetusta frequenter hosce cruciatus causatur, sed etiam nunc *insueta*, licet pura & limpida sit, vel *refrigerans & frigida* eosdem dolores facile excitare solet, ut qui huic malo valde & frequenter obnoxii sunt, quoad hunc potum admōdum *circumspecti* esse, vel ab illo plane abstine-re debent: Et quam *providi* quoad Cerevisiæ potum esse debent, crebrioribus *flatibus & calculosis* cruciatibus affecti, quibus sœpe vel *unicus* inconveniens, aut quantitate, aut qualitate incongruus, haustus multas vexas cau-sari solet, id quod multi observatores testantur, e quo-  
rum

rum choro vel MONTANUM tom. 1. conf. 79. vel Riditum Lin. Med. An V. Aug obf. 4 p. 792. nominasse sat erit. Et quam crebris, iisque acerbis recursibus Stranguria obnoxii sunt, qui alias facile hunc molestum affectionem experuntur; ut nihil de intemperato tali potu dicamus; facile tamen æquo contingit, ut vel optimus talis potus, aut nimis saturatus & croesus, es sey ein schwer Bier und bleibe stehend, vel nimis tenuis sit, dum ille urinam acrem & consistentem magis reddit, hic autem nimis refrigerat, ut & quando liberalius talem potum ingerrunt, vel quoad speciem illius varians, ut hue quadret illa Lindenii annotatio in Exercit. VI. s. 20. p. 132 ita sententis: *Nihil est apud nos frequentius, quam strangurium reddi ex mutatione cerevisiae* (si vero jam quis strangulosus est, eo facilius & certius a cerevisia hujusque mutatione molestatur.) *hoc est porus conserveti, ut aqua veteribus erat, hodieque gentibus est plerisque, unde Hippocratis Lib. II. Diæt. t 7. n. 76. consilium est: qui sanus est & bene valet, nihil discernere, sed bibere semper, quod offeretur, debet:* (ne videl. ipsi aliquando inservium quid eveniat) *Hoc ipsum Corn. Celso sapientissimo medico in tantum placuit, ut hinc auspicatus sit Medicinam suam, quod ante Hier. Rubeum animadvertisit nemo, quod sciom.* Quare interdum soli molestia afflitti tenentur ab hoc poro ordinario abstinere, aliumque temperatum feligere & adhibere.

## §. VII.

Notatu porro digna occurrit observatio, quod saepe Hypochondriacis & hystericis ægrotantibus cerevisie potus adversus & insalubris existat, quando præc. in ven-

triculo *eruditates acidas* biliosas, fermentantes, & qua-  
 si putridas continent, aut multis *flatulentis* vexantur,  
 quibus mox potus ille vel *nimiris crassus*, vel *nimiris tenuis*  
 vel valde *amarus*, vel moleste *dulcis*, mox perquam *cō-  
 lefaciens*, iterum admodum *refrigerans* existit, ideo an-  
 gustias *præcordiales*, ructus nidorosos, alvi obstructio-  
 nes, molestam magis flatulentiam, urinæ vitia, colicas  
 passiones, anxios vomendi conatus, temulentiam & gra-  
 vitatem capitis, nimiam ficcitatatem oris &c. experiuntur:  
 cerevisia *lupulata*, aut alias frumento *valde saturata* hisce  
 valetudinariis magnos sanguinis *orgasmos*, palpitationes  
 cordis, dolores capitis, artus graves & delassatos, ardo-  
 rem ventriculi & urinæ variaque alia causatur incommo-  
 da, quare tales ægrorantes cerevisiæ potum modo *ab-  
 borrescunt*, modo sæpius & cum majori damno *muzant*,  
 modo plane in talem *desvetudinem* vertunt, ut iterum  
 cum magno vite præjudicio *parum* bibant, illa excusati-  
 one utentes, quod nullam sentiant sitim: unde exacer-  
 batio mali *principalis* & concurrentium symptomatum  
 certius prædicenda & extimescenda est. Tanto *minus*  
*idem* potus salubritatem promittit miseris *hypochondriacis*,  
 quando simul *melancholicus* status concurrit, sub quo ille  
 non modo *primis viis* infensus, sed etiam *capiti* magis  
 molestus evadit: quamobrem *CAMERARIUS* in *Syllog.*  
*memorab. cenz. XVIII. parie. 72.* inquit in *melancholia*  
*hypochondriaca cerevisia potus, cum crassum turbidumque*  
*generet sanguinem, cur mibi probandus esset, plane non vi-  
 deo;* quoniam igitur tales ægri a cerevisiæ potu tales  
 molestias metuunt, imo actu sentiunt, ideo illi non raro  
 ulteriore illius usum perhorrescant. *Quæcunque sub-  
 jecta*

jecta ulla radicata *sanguinis intemperie* acri, salsa, viscida, biliosa laborant, cum quia varii affectus, *Spasticus*, *congestorius*, aut *pruriginosus* efflorescentiae cutaneae, aut *ulcerosa* corruptiones, aut *infarctus* glandulosi cohærent, illis plurimus fere cerevisarius potus infensus est, quibus *olius tenuis* potus ordinarius praescribi debet. Et sane memorabile est, quod subjectis, quæ *chronico ulcere* laborant, aut *fonticulum* gestant, *similis* potus cerevisarius, sive *recens*, sive valde *adultrus*, sive *crassus* & *larga polenta saturatus*, aut admodum *pinguis*, *amarus* & *lupulatus*, sive *dulcis* & *nimum fermentans*, sive aliter multum *acestens* fuerit, perquam *insalubris* evadat, unde *ulcera* talia certius *deteriorantur*, & magis molestis symptomatibus exacerbantur. Præterea etiam illis subjectis, quæ ob *largiorem* *bilis* genesin multiplices patiuntur afflictiones, cerevisiae *amaras*, *pingves*, *saturatae*, *dulces*, *triticeæ*, aut *valde recentes*, *minus defecatae*, vel *vetustæ* *acestenses* & *rancidæ* constanter & vehementer adversæ sunt, quas etiam *gusto agre* perferunt, indeque mox sinistre afficiuntur, ut vel *tenuem* & *secundariam* cerevisiam usurpare, vel *olium* magis *salubrem* & *tolerabilem* potum desiderare & adhibere debeant. Non minus valde *debiles* & *enervati*, vel *chronico*, vel *nimiris periculo*, vel *subito* & *vehementer* insultante & corripiente morbo oppressi & debilitati, *agre* cerevisiarum potum perferunt, sive *fuscos* sive *albus*, sive *hordeaceus*, sive *triticetus*, tanto magis si *saturatus* & *pinguis* fett, stark, schwer, sive *lupulatus* fuerit: ab hoc enim potu varias ventriculi molestias, cardialgias gravativas, inflatio-

nes ventriculi, ardores, sanguinis intensiorem æstum, calorem ardenter in venis, brennen in Adern, majorem virium langvorem, siccitatem oris, ut & molestam & morbosam sitim experuntur, ut exclamations & accusations illas ferment, das Wier sey ihnen zu schwehr und hißig, nehme ihnen den Kopff ein, und trockne sie mehr aus: & quoniam triticea cerevisia magis fermentat, plus perniciosi acidi generat, & largiorem muciditatis copiam continet, ideo enervati ægrotantes graviora incommoda ab illius usu patiuntur, quibus propterea medici dilutiori, leviori & temperatori potu, sive emulsionis, sive ptisanæ, sive julepi, sive medicatæ cerevisiæ, viribus & morbo illorum convenienti, consulere & subvenire debent: & quia tales ægrotantes facile symptomaticam ventriculi imbecillitatem patiuntur, ideo tanto magis a molesto potu præservari debent, quoniam reliqua congrua medicamenta ordinata ob graviorem ventriculi alterationem haud exoptatum, si non plane contrarium effetur causari solent: hinc infirmi tales ægrotantes sæpe talum molestum cerevisiarium potum aversantur.

## §. VIII.

Quod de infirmi modo dictum fuit, id etiam vallet de phribiscis ægrotantibus, quibus cerevisiarius potus communiter incommodus est & modo majores oppressiones pectoris, modo molestum & p. n. æstum, modo graviorem oppletionem ventriculi & pulmonum viscidam, eine grosse Verschleimung, modo palpitationem cordis, capitis gravitativam temulentiam, nauseosum saporem, ariditatem faucium, virium languorem, turbas alvinæ excretionis &c. causatur, propterea sæpe idem potus admodum

modum *adversus* redditur: non raro etiam talibus ægris accidit, ut a cerevisia *saturata* & *tupulata* singularem *affectionem* in pulmonibus & ventriculo sentiant. Si vero *tenuis* fuerit talis potus, p. n. refrigerium in ventriculo & toto ferme corpore, diarrhoeam suspectam & diureseos varias turbas patientur: inde etiam pendet, cur aliquando auxilia ordinata expectant opem recusent, quando mediante hoc potu multisaria ventriculi & primarum regionum incomoda provocata fuerant: hanc observationem peculiari exemplo testatur RIEDLINUS in Lin. Med. An. 2. Decbr. obs. 24 p. 690. quo probatur, quod cerevisia *imminentis phthiseos curam plane impediverit*. Sic etiam multis, si non plurimis *Hæmoptycis* idem potus *parum* salubris est, qui sanguinis motum vario modo perquam offendere solet, dum ventriculus & primæ regiones, quin tota reliqua massa sanguinea valde inde alteraretur: nisi enim cerevisia *tenuis, temperata* & *limpida* fuerit, facile hisce valetudinariis varia *incommoda* parit, pectori enim vel dulcis, vel amara, vel acida cerevisia talibus ægrotantibus *angustatione*, oppletione, viscositate, rauicitate &c. multas molestias creat: & quamvis *Sennertus* phthisicis cerevisiam hordeaceam & triticeam concedat, attamen ipse usus multis in casibus *exceptionem* fundatam format & commendat; qua de causa plurimi medici & phthisicis & hecticis loco cerevisiae potiones aquosas, aut *ptisanas ordinans*. Cruciat itaque satis sepe sollicitos medicos, si istiusmodi ægri nec cerevisiam, quia nimis *gravis*, nec decocta, ptisanas, aquam &c. tolerare possunt, quia posterior nimis *levis* & infringidans potus est licet cæterum *aqua purioris* potus impr. in *hæmoprysii* *sepius* eximie conduceat, ut

D 3

præ-

præter reliqua aquæ encomia, huc quadret *Waldschmidii*  
*Lib. IV. inst. med. c. 9. s. 6.* assertum, *vinum videlicet &*  
*cerevisiam aquæ postponendo esse.* Porro hic cerevisia-  
 riis potus, iis, qui *nervorum* morbis laborant, *parum*  
 conducit, dum vel *consistentia*, vel valde *fermentante* sua  
 qualitate, *caput*, quippe *principalem* nervorum sedem, vel  
 totum nervosum Systema in valetudinariis perquam of-  
 fendit: quapropter *TRINCAVELLUS* consil. *Lib. I. consi-*  
*29. p. 77. lit. E. cerevisiam nervis inimicam esse testatur:*  
 inde etiam attentis medicis innotuit observatio, quod in  
 talibus subjectis cerevisia plus *enervet & caput aggraveret*,  
 quam roboret & sublevet. Quicunque porro homines  
 ob *longiorum bilis copiam uberiorem* hujus affluxum ad  
 intestina patiuntur, illi ab usu cerevisiae vulgaris in multa  
 incommoda & damna sanitatis incident, ut paulo antea  
 indicavimus, inde ruetus nidorosi, fatus, tormina intesti-  
 norum, alvi modo adstrictiones, modo acres & copio-  
 se fluxiones &c. oriuntur, idque actu contingit, quod  
*Georg. Bertini in Opp. Lib. 8. c. 14. p. 183. C. de cerevisia*  
 testatur, quod hoc *pro se incommodi ferat, quod testi-*  
*monio Dioscoridis pravum succum cumulet, fatus pa-*  
*riat, & obstrunctiones committat.* Speciali asserto *Helius*  
*Eobanus de viribus cerevisiae Part. II. p. 36.* testatur bile  
 abundantibus cerevisia *sive ex hordeo, sive triticis cocta ini-*  
*mica est, quia valde fermentat, bilem corrosivam reddit,*  
*cholericos morbos & arrocia tormina causatur, id quod faci-*  
*lius dulces albæ cerevisiae efficiunt, quas in Saxonia Brei-*  
*hahn ut Moebius inst. medic. Lib. 4. part. I. c. 8. p. 520. ait, ab*  
*autore Zythapsa sive cerevisiarum Hamburgensis servo,*  
*cui hoc nomen erat, ita dicitur, vocant, quo etiam An-*  
*glicanæ lagenarie das Buttæ oder Boutellien Bier*  
*spe-*

spectat, quæ *aestivo* tempore *liberalius* & *incuriosius* hau-  
stæ cum *bile* *cholericos* & *dysentericos* morbos alliciunt  
& excitant: ideo ejusmodi *bilioſa* *subjecta*, quæ alias  
*auctiori* calore naturali prædicta sunt, *abſtinentiam* a cere-  
vifia, & *purae* ac *limpidæ* aquæ usum multa *ſalubritate*  
perferunt: cerevifia enim & *materialiter* *bilem* auget &  
*virtualiter* intensius *commovet*; ob id tales homines non  
raro cerevifiae potum, præcipue saturatæ, lupularæ &  
amaricantis, *aestivo* imprimis tempore perquam abhorrent;  
hanc observationem quadantenus illustrat *casus* a *Ried-*  
*lino* in *Lin. Medic.* An V. Septbr. obs. 17. p. 969. allega-  
tus: in quo etiam de *insalubri* cerevifiae mutatione  
agitatur.

## §. IX.

Nec commode etiam cerevifiae potum perferunt  
qui *obſtructis* visceribus *abdominalibus* laborant, quæ *con-*  
*fíſtent*, aut saturatus talis potus ægre *penetrat*, unde diu-  
tius in primis regionibus oberrat & detinetur, de quo  
dicunt, das *Bier* ſey zu ſchwehr, bleibe ſtehen, inde *obſcu-*  
*ræ* oriuntur anguſtiae, ventris inflatiōnes, flatus moleſti,  
turbae excretionis alvinæ, ſanguinis irregulares motus  
in abdomen, interni clandestini ardores, tenefſmi urgen-  
tes, & reliquorum ſymptomatum, obſtructions tales  
communiter comitantium, exacerbationes: & quamvis  
tales valetudinarii potum hunc non horrore & fastidio  
quodam proſequantur, haud tamen illorum *morboſo* ſta-  
tui & gradui *conductit*, es bekomit iſhen nicht wohl; hinc  
coguntur ab eodem potu aliquandiu *abſtinenre*, donec  
morbus in *meſiorem* ſtatum reductus est. Ita porro non-  
nulli homines *habituali* *congeſtioni* humorum ad caput ob-  
noxii, quæ arduas *cephalalgias*, pertinaces *ophibolnias*  
for-

format & introducit, ab eodem cerevisia pinguis & alimentosæ usu admodum alterantur, ut vix talem ingeserint potum, quin affestus illi confessim irruant: Si enim talis cerevisia, quam fortem & calefacientem vocant, talem *calorem* & auctum motum sanguinis in substantia ventriculi causatur, subito reliquus *habitualis* motus sanguinis excitatur, ut non necesse fuerit, talem potum massæ sanguineæ *materialiter* immixtum esse; *nervus* enim hujus nexus non in *necessitate materiæ*, sed in *consuetudinali* qualitate & *sensibilitate* motuum consistit: ob id periti medici in chronicis & pertinacibus oculorum morbis, familiari aut ordinario *cerevisiæ* potu *interdicunt*, si præcipue illa pinguis & *saturata* est: notatu enim in observatione medica dignum est, quod urpl. oculorum morbi potum *generosum* & calefacientem *agerrime* perferant, in quibus propterea vel *tenuem* & *puram* aliam cerevisiam, vel *aquosum* temperatum potum ordinare necessitas urget: ad illustrandam hanc annotationem *conf.* RIEDLINI obs. de *oprbalmia a cerevisiæ fusca potu* An. 3. Octobr. obs. 25. p. 721. Non parum etiam cerevisiæ *confidentioris* usus officit subjectis, quae *viscidas cruditates* in ventriculo & pulmonibus colligunt, unde ille magis oneratur, & cruditates magis augentur, quid quod *gravativa* molestiæ invitantur, alvi adstrictiones provocantur, appetitus perturbationes augmentur, capit is dolores, diversæ speciei & consecutionis, alliciuntur, ac variae aliæ connexæ afflictiones suscitantur: notatu propterea dignum etiam est, quod non raro *asthmate flatulento* & *rufi stomachali* laborantes *seniores* homines cerevisiam fere quamlibet *mole* perferre queant, quin ab illius iterata & ordinaria ingestione, exacer-

exacerbat ionem tussis, majorem oppressionem pectoris, vomitus, angustias & varia alia ventriculi incommoda experiuntur: etenim pingvis, *amara*, lupulata, fusca, ventriculo *molesta* & onerosa est, *dulcis* contra aut triticea nimia fermentatione ventriculum & intestina multis flatibus angit & concoctionem magis turbat, *levis* autem & *equosa* nimis tenuis & *frigida* est, ut propterea ita afflicti homines de congrua & salubri cerevisia valde sensibiles & solliciti sint, cibra autem potus *muzatione* plus *incommodi* sibi accersant. Peculiarem etiam annotationem meretur, quod Cerevisiae potus *illis*, qui *sufficienter* bibere *negligunt*, aut plane potu *desvercunt* & per unum alterumque diem nequidem de *fisi* cogitant, vel *adversus*, vel *incommodus* evadat, es sey ihnen zuwieder, oder könne es nicht vertragen, quare medicis monitoribus constanter opponunt, wenn sie nicht dürfen, was und warum sie trinken sollen: quæ *desverudo* bibendi non modo *adversam abstinentiam* a potu cerevisario, sed & multa *connexa alia* detrimenta sanitatis & chronicas afflictiones causatur: *Singularibus* talibus casibus adnumerari debet observatio, quod aliquibus subjectis aut *fusca* cerevisia noxias & molestas *adstrictiones* alvi, aut *dulcis* alba incommodes *diarrhoeas* causetur, quæ propterea aut ab hoc, aut ab illo potu *minus salubri* abstinere debent: ideo etiam illi, qui Cerevisario potui minus sunt adsueti, nunc noxios alvi fluxus, alibi suspectas illius stricturas, modo urgentia & angentia diureseos vitia, interdum multa alia sanitatis offendicula experientur: Sicut analogum casum commemorat *Riedlinus curat med.* 368. p. 219. sub tit. *Cerevisia cuidam semper olim nimium movens.*

§. X.

Sicut porro *Senes a Cerevisia* admodum alterantur,

E

&amp; de

& de commodo illius selectu perquam solliciti sunt, dum nunc alia nimis gravis & *calefaciens*, alia vicissim nimis levis & *infrigidans* est, ira *infantibus* multis, præcipue *renellulis*, sensibilibus, debilibus, maxime autem *ægrotantibus* Cerevisiae porus *infalubris* & multarum *marbosa-rum* passionum causa evadit: alia enim quæ *fusca* vocatur, *mobiles* eorum humores valde *calefacit*, ventriculum imbecillum *onerat*, alvinam excretionem *exsiccat* & impedit, urinam *acriorem* reddit, *nervos* & *caput* magis afficit, & præjudiciosas *congestiones* ad pectus, gingivas & reliquum caput, *dentitionis* tempore causatur: *dulcis* autem *suspiciari* fermentationem *cumbile* & pingviori chylo ac *lympha* cardialgias, flatulentiam ventriculi & intestinorum dolorificam & angentem, vomitus, alvi fluxus acres & biliosos & multiplicita alia provocat sanitatis offendicula: ut propterea *consultum* sit, talibus infantibus *præmaturum* cerevisiarum porum subtrahere: idem testatur RIEDLINUS *Lin. Medic. An. V. Mart. obs.* 26. p. 301. tit. *Cerevisia ægrotantibus præsertim infantibus minus convenit*, quam observationem hisce verbis obsignat: *longe itaque melius sanitati recens natorum suorum prospiciunt*, qui tam cito cerevisiae usum iisdem non concedunt, quæ quippe acidum per se in hac aetate abundans non potest non augere, unde varii deinde morbi suboruntur: *huc pertinet ejusdem authoris observatio in Curat. med.* 292 p. 173 sub tit. *Cerevisia fusca pueris minus convenientis*: idem confirmat Leonellus Flaventinus *de Victoriis tr. de Infantium agricrudinibus* p. 74. ob id mulierculæ vario modo cerevisiam corrigere solent, quando illam fusionibus suis propinare coguntur: *Quemadmodum autem renellulis infantibus sanis cerevisia parum salubris existit, ita ægro-*

zantibus illis ut pl. minus utilis deprehenditur, quæ causis  
 morbos, ac visceribus debilibus magis infensa observa-  
 tur. Quam provide ac follicite medici versari debent,  
 quando *Puerperis* Cerevisiam concedere, feligere & or-  
 dinare volunt, quotidiana docet experientia: quod inef-  
 fabilis earum numerus sine hoc potu optime & saluber-  
 rime Puerperii periodum transfigere soleat, in illis impri-  
 mis regionibus, ubi hordeaceus, aut triticeus talis potus  
 non coquitur, quam multæ vicissim partu soluta fœmi-  
 nae varia & sonica damna ab eodem potu perpetua fue-  
 rant, æque uberrima restatur observatio: non quidem  
 sermo nobis est de crassis *erroribus*, qui cum illo potu  
 committuntur, unde interdum præceps & inopinata mors  
 ortum traxit; nec de cerevisia, quæ paßim non satis pura,  
 temperata & laudabilis adhibetur, qualem frequenter ac-  
 cusat sepe allegatus *Riedlinus*. Qui seorsum hujus po-  
 tus noxiū usum in puerperis exemplis confirmat, in  
*Lin. Med. An. 2. Febr. obs. 11. p. 69. & An. 4. Nov. obs. 29.*  
*p. 986.* Sed de hoc potu optime ceteroquin *defacaro*  
 jam loquimur, quem *Puerperæ* sepe novi commode per-  
 ferre possunt, ideo vel cum molestia *firmiter* tolerant, vel  
*parum* bibunt, vel multis modis cerevisiam aut pane tosto,  
 aut aromate quodam, aut semine stomachico, aut familiari  
 Chamomillæ floribus *corriger* & *salubrem* magis  
 reddere conantur; *Hordeacea* autem, etiam optime de-  
 purata, subinde tamen *saturata* cerevisia, *puerperis* mo-  
 lestum & *suspeditum astum*, ariditatem faucium, & dispo-  
 sitionem propiorem ad *purpuram* provocat. Si vero te-  
 nuis fuerit, multis quidem toleratu levior, variis autem  
 sequè molesta est & flatulentias causatur: triticea porro  
 alvum facile cum malo omne laxiorem reddit, flatu

generat, iniquam fermentationem in toto intestinorum tractu excitat, ein grosses Gehren in Leib, mucidas cruditates in primis viis accumulat, tusses ominosas invitat, varia alia sanitati præjudiciosa incommoda patit. Non quidem jam de *talibus cerevisiis* differemus, quas paulo *commodius puerperæ* tolerare volunt & possunt, quamvis de declamata illa *chamomelina* utpl. *contraria* judicia constent, dum quædam testantur, ich hab es in meinen Wochen wohl vertragen können, aliæ contra affirmant, es wäre ihnen niemahl wohlbekommen, sondern vielmehr zwieder gewesen. Quod denique reliquias *medicatos cerevisias* concernit, de quibus multi medici agunt, quando vel cum vino, vel carminativo, aut laxante, aut alio medio miscetur, (sicur de talibus Cerevisiis medicatis tractant *Greg. Horstius instut. disp. XX Coron.* 2. p. n. 367. *Moebius instit. med. L. V. P. III. Sect. 2 c. 10 p. 694. Sennertus instit. Lib. V. P. 3. Sect. 3. c. 3. Schneiderus de Catarrb. Lib. 6. c. 7. p. 466. Riedlinus Lin. Med. An. 2. Decembr. obs. 24. p. 628.) tunc *necessitatis* causa ad breve tempus illæ nonnunquam ordinantur, sed cum potu ordinario haud pari passu ambulant: ideo nec ad præsens nostrum argumentum tractandum spectant. Quam ob rem hanc deductionem & nostri thematis explicacionem nunc abrumpimus, spe illa freti, nos pro specimine endendo & debito & promisso satisfecisse. DEO benignissimo devotissimas gratias exhibentes, quod huncce nostrum laborem prospero successu beare voluerit, quem præterea rogamus, ut omnes nostræ actiones exoptato & salutari coronet*

F I N E.

**G**ehrter Freund Dein steter Fleiß  
Den Du bishero lassen spüren,  
Trägt heute nach Verdienst dem Preis

Davon mit Ruhm und Triumphiren;  
Da Deine Hygeena reicht zum Lohn  
Die durch den Fleiß erworbene Kron.

So kanst Du nun mit Ruhm und Ehr  
Vergnügungs voll von hinnen ziehen  
Dahin allwo O! Freund nun mehr

So Glück als Seegen Dir wird blühen  
Wo Du durch Fleiß und Wissen nun  
Wirst viele gute Euren thun.

Leb wohl, vergnügt, und ohn Gefahr,  
In diesen Seegensvollen Stande

Gehrter Freund sehr viele Jahr  
Den Reid und Hass zu Truz und Schande  
Leb wohl, ich bleibe Dir verpflicht  
Bis in dem Tod - - - Vergiß mein nicht.

Mit diesen wenigen wünschet dem Herrn Candidato  
Glück dessen ergebenster Freund, und Diener

**D. JOHN.**

---

**E**rgo TVOS etiam Meditrinæ laurea crines  
Implicat, & merito macrat honore manus.  
Scilicet haec tandem vigilatas præmia noctes  
Sudoresque TVOS, favis Amice, manent.  
Consulat alma TVÆ porro fortuna saluti,  
TEque der immota prosperitate frui.

**M. JO. GODOFR. SCHMIDT**

Teschniensis Silesius Oppon.

Instet

**D**a Du, Hochwerther Freund, die Kunst der  
Arzney  
Mit unermüden Fleiß gesucht, geprüft, gefunden,  
Und was in Wege stand, großmuthig überwunden:  
So kanst Du auch beherrs' und ohne Gleissnerey  
Zur Uebung dieser Kunst vergnügt und frölig schreiten  
Und durch der Euren Glück des Namens Ruff ausbreiten.

Friderich Gottlob Leühe  
Hallensis M. Cult. Oppon.

**H**er Wissenschaft und Tugend liebet  
Dem bleibt Minerva zugethan,  
Und wer sich ihrem Dienst ergiebet,  
Den bringt sie zu der Ehrenbahn;  
Sie denkt auch Freund an Deine Huld  
Und zahlt den Abtrag ihrer Schuld.  
Weil Du, Wornach die Kranken streben,  
Hygeens Kunst und Wissenschaft  
Die schwachen Körper frances Leben  
Aus Todtes Grimm und Schwerde rafft  
Mein Freund bishero hast verehrt,  
Wird Dir der Doctor-Hut beschert.  
Gebrauche würdig dieser Ehre  
Die nur erhabne Geister ziert,  
Und mache, daß die Zeit uns lehre  
Wie weislich Dich das Glücke führt;  
Dass Dich Jehopens Gnadenhand  
Bringt in erwünschten Seegens-Stand.

Anton Theophilus Lütkenmüller  
ans Erosel in Magd. der Gottesgelahr.  
Beschissener.

Ue 157. 8°

?

ULB Halle  
002 179 687

3



sb



B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> IN<sup>A</sup>UG<sup>R</sup>ALIS MEDICA,

D E

# CEREVISIÆ POTU

IN NONNULLIS

## MORBIS INSALUBRI ET ADVERSO,

Varum die Kranken das Bier ungerne trinken?

*Quam*

AUSPICE DEO PROPITIO,

*Et Consensu atque Auctoritate Gratiosa Facultatis Medicæ,*

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA,  
*P R A E S I D E*

## DN. D. MICHAELE ALBERTI,

SACR. MAJ. REG. BORUSS. AULICO ET CONSIST. MAGDEB.  
CONSILIARIO, MED. ET PHILOS. NATUR. PROFES.

*SORE PUBLICO ORDINARIO, etc.*

DECANO SUO SPECTATISSIMO,

*Domino Patrono, Praeceptore ac Promotore suo, omni honoris cultu prosequendo,*

## PRO GRADU DOCTORIS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILE-  
GIIS DOCTORALIBUS LEGITIME IMPETRANDIS,

HORIS LOCOQUE CONVENTIS,

ANNO MDCCXLIII. D. OCTOBR.

PUBLICÆ AC PLACIDÆ ERUDITORUM VENTILATIONI SUBJICET

RESPONDENS

## PAULUS GOTTLIEB HOMEYER,

LEBENDORFFIO · MAGDEBURGICUS.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

TYPIS JO. CHRISTIANI HENDELII, ACAD. TYPOGR.

